



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput centesimum trigesimum secundum. Jesu vestimenta sorte
dividuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IX.

530

dederunt me, & expugnaverunt me gratis.
Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi;
ego autem orabam. Et posuerunt adversum me
mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.
Ila. 53. 12. Et ipse peccata multorum tulit,
& pro transgressoribus rogavit.

CAPUT CXXXII.

Jesu vestimenta forte dividuntur.

PSALM. 21. 17, & seq. Foderunt manus
meas, & pedes meos; dinumeraverunt om-
nia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt, &
inspexerunt me; divisorunt filii vestimenta
mea, & super vestem meam miserant sortem.

MATTH. 27. 35. Postquam autem cruci-
fixerunt eum, divisorunt vestimenta ejus sor-
tem misentes, ut impletetur quod dictum est,
per Prophetam dicentem, Divisorunt sibi ve-
stimenta mea, & super vestem meam mi-
serunt sortem. Et Marc. 15. 24. Luc. 23. 34.
Joh. 19. 23, 24,

CAPUT CXXXIII.

Moriente Jesu Sol deficit, & terra movetur.

PSALM. 17. 5, & seq. Circumdederunt me
dolores mortis, & torrentes iniquitatis con-
turbaverunt me; dolores inferni circumde-
derunt me, preoccupaverunt me laquei mortis.
In tribulatione mea invocavi Dominum, &
ad Deum meum clamavi. Et exaudivit de-
templo sancto suo vocem meam, & clamor
meus in conspectu ejus, introivit in aures ejus.
Commota est & contremuit terra; fundamen-
ta montium conturbata & commota sunt, quo-
niam iratus est eis.

Amos 8. 8, & seq. Numquid super isto non
commovebitur terra, & lugebit omnis habi-
tator ejus: & ascendet quasi flavus universus,
& ejicitur, & defluit quasi rixus Egy-
pti? Et erit in die illa, dicit Dominus Deus,
occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam
terram in die luminis; & convertam festi-
vitates vestras in luctum, & omnia cantica
vestra in planctum, & inducam super omne
dorsum vestrum faccum, & super omne caput
calvatum, & ponam eam quasi luctum uni-
geniti.

Agg. 2. 7, & seq. Quia hec dicit Domi-
nus exercitum, Adhuc unum modicum est,
& ego commovebo calum, & terram, & mare,
& aridam; & movebo omnes gentes: & ve-
niet Desideratus cunctis gentibus, & implebo
domum istam gloria, dicit Dominus exerci-
tum Et factum est verbum Domini se-
cundo ad Aggeum in vigesima & quarta
mensis, dicens, Loquere ad Zorobabel ducent
Juda, dicens, Ego movebo cælum pariter &
terram.

Zach. 14. 6, & seq. Et erit in die illa,
Non erit lux, sed frigus & gelu: & erit dies
una que nota est Domino, non dies, neque nox,

MATTH. 27. 45, 51. A sexta autem ho-
ra tenebra facta sunt super universam terram,
usque ad horam nonam. Et ecce velum Tem-
pli scissum est in duas partes, à summo usque
deorum; & terra mota est, & petra scissa sunt.
Et Marc. 15. 33.

Luc. 23. 44. Erat autem hora fere sexta,
& tenebra facta sunt per universam terram
usque in horam nonam. Et obscuratus est Sol,
& velum Templi scissum est medium.

Ebr. 12. 25, & seq. Videte ne recusetis lo-
quentem. Si enim illi non effugerant, reca-
santes eum qui super terram loquebatur; mul-
to magis nos, qui de cælis loquentem nobis
avertimus: cuius vox movit terram iunc, nunc
autem reprobritis dicem, Adhuc semel, &
ego movebo non solum terram, sed & cælum.